

46.

Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale,  
Domini Dni. Patiosissimi Splendissimi:

Ad Patiosum tenorem, et exigentiam Die adhuc 4<sup>ma</sup>  
Xbris emanati intimati Excelri Consilij Regij  
Locumtenentialis Nosmet Co-intelligenter habentes  
Cum Incolto Comitatu Congradiensi, intuitu pro-  
"fense extensionis et ampliationis Oratorij In-  
"colarum Epidi Sentes Helvetice Confessionis  
addictorum in medio prefati S. Sentes existentis, ad  
cujus evidentiorum Relationem Excelro Consilio  
Regio Locumtenentiali exhibendam, Non obstante Nostra  
Oculata inspectione Anno proximo proximo 1745<sup>to</sup>  
in S<sup>ta</sup> Canonica Visitatione existent Superinde  
duplicis Ordinis Inquisitionem, Cujus genuinas  
Copias hic acclusas humillime submittimus, in  
S<sup>ta</sup> et peragi curavimus, siquidem igitur memo-  
"rati Incolte Sentesenses non ampliationem  
Solummodo, sed prioris usui suo deserventi fa-  
"tholica Ecclesia eversionem, ac funditus fundam  
eliminationem, ac ipsam quoque Catholica forma  
obliterationem animum intendere, ac per Con-  
"sequens jus integrum ad Neo-erigendum Oratorium  
adhibere cuperent, Nullatenus petito ipsorum de-  
"fensi judicamus, eo vel maxime, quod usque nunc  
Contra humaniorem Consuetudinem Calvinianorum  
Nullum Catholica Religionis Incolam in medium  
Sui admittere, quin jure ipsos quoque hactenus  
toleratos penitus ejicere satagant, prouti in  
peracta

peracta Inquisitione uberius pateret, alijsq; De Nationibus, quas ipse quoq; S. Comitatus fundatim pro se allegaret, in vigore permanentibus. Si igitur ad positum eorundem quispianc Concedi deberet, satius esse judicaremus, Illis alio in loco ex aliqua Materia, vel Prædiorum Saceribus, ut hactenus in alijs quibusdam Locis praticari vidimus, indulgeretur. Hac vero moderna formam Catholicam Conservans Ecclesia pro Filiali ad Matrem Parochiam Regl. varientem eò adiacentem Conjungeretur, ut taliter pauci quoq; Catholici de Clementi Annuntia Augustissima Sac. Cesarea Regiæ Matris, Illustrissimi quoq; Dni Terræ Cooperatione admittendi, Solatium suum spirituale habere valeant. Que omnia dum Altissimo iudicio Cælesti Consilij Regij Locumtenentialis demisse subseruimus, Nos gratijs et favoribus jugiter Comendantur perseveramus.

Cælesti Consilij Regij Locumtenentialis.

Vacy 28. Martij A. 1746.

Humillimi Servi & Capellani  
Consistorij Regij & Capituli Vacy.

28. Martij  
1746.

Præf. 31. Martij. 1746.  
1. Aprilij rebus

Capitulum Vaciense ad Int. 7. Febris. 1745.  
in puncto Extensionis Oratorij Acatholicorum  
Incolarum Oppidi Sentes Comitatus Congru  
adjacenti emanatum rescibit, et Inquisitione  
hactenus peractam acludit, unde patet, quod  
memorati Incolæ, non modo Oratorij Extensione,  
et Ampliationem, sed etiam prioris Usui suo  
deservieritis Catholica Ecclesie Eversionem  
intendant, in medium sui autem nullum  
Catholicum admittere, imò hactenus quos  
toleratos ejicere satagant; Censeret proinde  
Petito eundem nullatenus deferendum esse  
verum id sufficere, si ipsdem aliud Oratorium  
ex digna Materia, vel rudis lateribus, uti  
alibi locorum indulgeretur, moderna vero  
Ecclesia formam Catholicam conservans pro  
Filiâ cum Matre Parochia Segovariensi  
conjungeretur.

ORSZÁGOS LEVÉLTÁR  
C szekció